

lo, ut conjuncta sit cum virtute morali & definita ab Aristot. lib.  
1. M M. cap. 35. Et lib. 5. Eud. cap. 5. quod sit habitus mentis se-  
cundum veram rationem consultandi & agendi ea, quæ homini  
sunt bona vel mala.

XIV. Continet hæc definitio differentiæ loco l. Formam, of-  
ficium viri prudentis continentem, quod est recte consultare,  
non de rebus saltem sibi, sed & reipubl. utilibus Giph. d. l. pag.  
470. Pont. lib. 1. de obed. cap. 8. pag. 16. unde Plato in alcibiad. il-  
lum prudentem esse dicit, qui sibi & reipub. consulere possit, is  
enim qui hoc non facit odio dignus est. II. Obiectum quod idem  
habet cum consultatione supra disput. 3. 29. declarata, conting-  
tia scilicet quæ homini aut bona sunt, aut mala, & sic Imperator  
belli de bello gerendo, Medicus de valetudine tuenda, consul-  
tare potest Mag. in Eth. p. 588.

cap. 6. XV. Sequuntur Habitus qui intellectum perficiunt circa ipsa  
principia quæ sunt 1. vel Demonstrationis Thomas d. l. lett. 5.  
pag. 104. col. 4 H, ut INTELLIGENTIA non pro tota mente ratio-  
nali accepta ut lib. 3. de anima: Sed pro habitu animi quo prima  
tam cognitionis quam actionis principia absque medio cognos-  
cuntur. Aristot. hic Et lib. 5. Eud. cap. 8. Et 11. lib. 1. M M. c. 35.  
lib. 1. post Anal. cap. 26. Et lib. eor. 2. cap. 18. lib. 1. met. cap. 5. Ric-  
cob. d. l. pag. 650.

XVI. Obiectum ex his cognoscimus communes notiones &  
principia nobiscum nata, ab hoc tamen habitu ad perfectionem  
dedicta Donalds p. 288. 1. quia id fieri non potuit per Scienziam  
cum circa necessaria versetur, quæ gignuntur per eam demonstra-  
tionē, quæ ex principiis plurimum sumitur Andr. Hipp. d. l. p. 314.  
2. Neque per Sapientiam, cum causarum sit cognitio, quæ de prin-  
cipiis dari non possint Gal. d. l. p. 237. 3. Neque per Prudentiam  
& artem cum non sint de necessariis.

XVII. II. vel Entium Thomas d. l. qualis est SAPIENTIA non l.  
illa quæ latissime se extendit, vel ad b. u. a quo sensu gallinæ sa-  
pientes vocantur ab Eucharmo, eò quod pullos viventes non pa-  
riant: sed prius ovis incumbant Laert. libr. 3. inv. Pla. pag. 93.  
B. vel ad artes opificum ut Phidias sapiens marmorarius, Polycle-  
tus fa-